
OJ
INTER FOLIA FRVCTVS

AD

SOLEMNIA NATALITIA

FRIDERICI GUILELMI III.

REGIS BORUSSORUM AUGUSTISSIMI

ORATIONIBUS ET RECITATIONIBUS DISCIPULORUM EX OMNIBUS CLASSIBUS ELECTORUM

A. D. III. AUGUSTI HORA IX. ANTEMERIDIANA

IN AEDE SACRA MINORE

PIE CELEBRANDA

OBSERVANTISSIME INVITAT

FRIDERICUS KAPP,

PHIL. DR. ET AA. LL. MAG., GYMNASII REGII DIRECTOR.

INEST FERDINANDI STOECKERI DISSERTATIO DE SOPHOCLIS ET ARISTOPHANIS INTERPRETIBUS GRAECIS.

HAMMONAE,

LITERIS HENRICI SCHULZII.

MDCCCXXVI.

DE

SOPHOCLIS ET ARISTOPHANIS

INTERPRETIBUS GRAECIS.

DISSERTATIO CRITICA.

SCRIPSIT

FERDINANDUS STOECKER,

GYMNASII HAMMONENSIS COLLEGA EXTRAORDINARIUS.

Pars prior.

De Scholiorum origine et fatis.

Quo tempore primum animadversionibus exornati sint et Sophocles et Aristophanes, vix aliquis ad amussim, aut ipse definire volet, aut a me definitum iri exspectabit. Nullus tamen equidem dubito, quin Comicus longe prior quam Tragicus commentatores nactus fuerit: quod vel maxime probatur ex ipsius antiquae comoediae ratione peculiari. Nam quum Aristophanes pro inaudita suae aetatis libertate ὀνομαστὶ ἐκωμῴδει homines, virosque summae in civitate auctoritatis plebis risui traderet, saepe adeo ipsum populum ob inepte suscepta mordacibus facetiis carperet, ut ita in quavis fabula ad singulas quasdam personas certaque eventa spectavisse videatur: qui aliter fieri potuit, quam ut peregrinum quemque sales ejus haud raro laterent. Neque ab Atheniensibus tantum, sed ab exteris etiam hominibus colebatur magnopere. Ferunt enim regem Persarum ex suis quaesivisse, scirentne, ubi Aristophanes viveret, videlicet cujus fabulas legisset: et Platonem, quum Dionysius *), tyrannus Syracusarum, de Atheniensium republica edoceri optasset, popularis sui opera misisse **). Itaque haud improbabile sit, si dixerim, iam tum Aristophanis

*) Fuit hic Dionysius maior, quem et ipsum Tragoedias et Comoedias composuisse constat. Vid. Cic. Tusc. Q. V, 22. Themist. Or. IX. p. 126. Lucian. adv. Indoctos, Tom. II, 387.

**) Οὕτω δὲ γέγονεν ἡ φήμη τοῦ ποιητοῦ, ὡς καὶ παρὰ Πέρσαις διήκειν, καὶ τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν πυνθάνεσθαι, παρ' ὁποτέροις εἴη ὁ κωμῳδοποιός. Φασὶ δὲ καὶ Πλάτωνα Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ, βουληθέντι μαθεῖν τὴν Ἀθηναίων πολιτείαν, πέμψαι τὴν Ἀριστοφάνους ποίησιν, τὴν κατὰ Σωκράτους ἐν Νεφέλαις κατηγορίαν, καὶ συμβουλεῦσαι, τὰ δράματα αὐτοῦ ἀσκηθέντα, μαθεῖν αὐτῶν τὴν πολιτείαν. Anonymi vita Aristophanis. Diog. Laert., quod mirum videatur, in vita Platonis nihil de hac re memorat: nisi forte cum ea cohaeret, quod dicit, Platonem a Dionysio plus octoginta talentis accepisse. lib. III. n. XI.

Comoediis scholia quaedam adscripta fuisse, ubi vides, habuisse eas lectores, qui exegesin aliquam non poterant non desiderare. Praesertim quia nostris, quibus hodie utimur, Scholiorum codicibus multa continentur de hominibus alioquin obscuris narrata, quae, nisi iam ipsis poëtae temporibus singulis Comoediarum locis addita essent, nunquam aetatem nostram vidisse diceres.

Prorsus alia tragoediarum Sophoclis fuit ratio. Quae quum homines magnanimos virtute sua fatis sinistris obluctantes exprimerent, argumentaque haberent ex mythicis historiae Graecae temporibus depromta, lecturis notissima, factum est, ut famam quidem gloriosissimam adeptae sint, sed tum demum enarratores invenerint, ubi lingua iam depravari coeperat et scriptores Atticae dialecti tanquam exempla purioris Graecitatis proponebantur. Loquor de aetate Ptolemaeorum. Qui Musarum atque artium sospitatores Alexandriae imperabant, urbe opulentissima, a primordio inde literarum Graecarum quasi domicilio. Sub horum igitur auspiciis viri egregiae eruditionis, liberalitate vere regia e Graecis convocati, operam navabant colligendis undique artis scientiaeque monumentis, quorum pretium tanto majus fuit, quod magno opere provisum est, ut quam plurimi scriptorum propria manu exarati codices conquirerentur. Quare evenit, ut Alexandria prae ceteris orbis terrarum urbibus, ne Roma quidem excepta, istiusmodi thesauris dives esset, qui primum in Bruchio, particula aliqua Musei, conservabantur, deinceps, librorum collectione mirifice aucta, etiam Serapeum explebant. In Museo autem, propter palatium regium sito, viri illi docti publice alebantur, qui vel aliorum, quorum delectum haberent*),

*) Placebit hac de re verba Davidis Ruhnkenii attulisse, in praef. ad Rutilium Lupum, pag. XCIV. sqq. Exorti sunt, inquit, duo summo ingenio et singulari doctrina Critici, Aristarchus et Aristophanes Byzantius, qui, quum animadvertissent, ingentem scriptorum turbam plus obesse bonis literis, quam prodesse, suum iudicium secuti, certum omnis generis scriptorum delectum haberent. Itaque ex magna Oratorum copia tanquam in canonem decem duntaxat retulerunt, Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Isocratem, Isaeum, Aeschinem, Lycurgum, Demosthenem, Hyperidem, Dinarchum. Ex Heroicis poëtis recepti sunt Homerus, Hesiodus, Pisander, Pangasis, Antimachus: e Jambographis, Archilochus, Simonides, Hipponax: ex Elegiacis, Callinus, Mimnermus, Philetas, Callimachus: e Lyricis, Alcman, Alcaeus, Sappho, Stesichorus, Pindarus, Bacchylides, Ibycus, Anacreon, Simonides: e Tragicis, Aeschylus, Sophocles, Euripides, Jon, Achaeus: ex antiquae Comoediae scriptoribus, Epicharmus, Cratinus, Eupolis, Aristophanes, Pherecrates, Plato; ex mediae, Antiphanes et Alexis; ex novae, Menander, Philippides, Diphilus, Philemon, Apollodorus. In Historicorum censura probati sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Theopompus, Ephorus, Anaximenes, Callisthenes. Tragicorum duplex ordo fuit. Principes illi, quos modo enumeravimus, τῆς πρώτης τάξεως fuerunt: Philiscus, Corcyraeus, cum sex aliis, quos recenset Scholiast. Hephaestion. pag. 32. 93. τῆς δευτέρας τάξεως. Vid. Suidas v. Φιλίσκος Κορκ. Hunc Criticorum canonem, praeter Proclum Chrestomath. p. 340. sqq. et Grammaticum Bibl. Coisl. p. 597. secutus est Quinctilianus libro decimo, ubi classicorum, quos dicimus, scriptorum censum agit. Primum vero delectum ab Aristarcho et Aristophane institu-

scripta animadversionibus illustrando, vel ipsi scribendo, vel docendo unice literis vacarent. Atque ex his maxime evaserunt, quibus Scholia omnis generis in Sophoclem et Aristophanem debentur. Quae etiamsi non integra ad nos pervenerunt, inesse tamen iis nonnulla Alexandriae orta, vel ex his videre licet, quae ad Aiacis v. 135.

Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου

satis inepte dicuntur: οὐ πάντως δὲ αἱ ἀγχίαλοι καὶ ἀμφίαλοί εἰσιν, οἷα ἐστὶ καὶ Ἀλεξάνδρεια ἀγχίαλος μὲν, οὐκ ἀμφίαλος δέ, αἱ δὲ νῆσοι καὶ ἀγχίαλοι καὶ ἀμφίαλοί εἰσιν. Neque dubium est, quin huc pertineant Glossatoris Nubium ad v. 961. notatu dignissima verba: ἐν γὰρ ἀποσπάσματι (ἐστὶν) εὑρεῖν Ἀριστοφάνη ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ. —

Igitur quum iam de ipsis Scholiastis disserendum esse videatur, scias in hac re me fontes habuisse Suidam, cujus verba continuo praemittentur, Athenaeum et Scholia in utrumque poetam.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ, υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, γραμματικός, μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰασέως, γραμματικοῦ· γαμετὴν ἐσχηκὼς τὴν Εὐφράτου τοῦ Συρακουσίου θυγατέρα. ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς ἦν ὁ νέος Καλλίμαχος, ὁ γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν. οὕτω δὲ γέγονεν ἐπιμελέστατος, ὡς γράψαι μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέτρον, συντάξαι δὲ καὶ καταλογάδην πλεῖστα. καί ἐστιν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ω΄. ἐπὶ δὲ τοῦ χρόνου ἦν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. πρὶν δὲ συσταθῇ τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι, κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας. καὶ παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου. Ὀλυμπιὰς δὲ ἦν ρκζ΄, ἧς κατὰ

CALLIMACHUS, Batti et Mesatmae filius, Cyrenaeus, Grammaticus, discipulus Hermocratis Jasensis, Grammatici. Uxorem habuit Euphratis Syracusani filiam, ejusque sororis filius fuit Callimachus junior, qui de insulis oratione ligata scripsit. Ipse fuit tantae industriae, ut quovis metri genere scripserit, atque oratione soluta quoque plurima composuerit: adeo ut libri ejus numerum octingentorum superent. Vixit temporibus Ptolemaei Philadelphi. Cui antequam commendatus erat, literas in exiguo vico Alexandriae Eleusine docuit. Vitam produxit usque ad Ptolemaeum Euergetem, qui Olympiadis CXXVII anno secundo regnum suscepit. Ex

---

tum esse, ejusdem Quinctiliani testimonio confirmatur, X. 1. p. 496. *Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poetarum judices, neminem sui temporis in numerum redegerunt.*

Quo loco quaeri potest, quomodo Callimachus, Apollonii aequalis, in Elegiacorum ordinem venerit. Sed illum fortasse posteriores Critici in numerum redegerunt, sicut Tzetzes in vita Lycophronis Apollonium in Pleiadem poetarum varii generis relatum tradit.

*

τὸ δεύτερον ἔτος ὁ *Εὐεργέτης Πτολεμαῖος* ἤρξατο τῆς βασιλείας. τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα· Ἰοῦς ἄφιξις. Σεμέλη. Ἄργους οἰκισμοί. Ἀρκαδία. Γλαῦκος. Ἐλπίδες. Σατυρικὰ δράματα. Τραγῳδίαι. Κωμῳδίαι. Μέλη. Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν, εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος, ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Μουσεῖον. Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ΄ καὶ ρ΄. Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων. Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων. Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις. Κτίσεις νήσων καὶ πολέων, καὶ μετονομασίαι. Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν· καὶ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων. Περὶ μετονομασίας ἰχθύων. Περὶ ἀνέμων. Περὶ ὀρνέων. Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν. Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ τόπων ὄντων συναγωγή.

libris ejus et hi sunt: Jus adventus. Semele. Argorum origines. Arcadia. Glaucus. Elpides. Fabulae satiricae. Tragoediae. Comoediae. Carmina. Ibis (in quo poemate obscuritatem affectaverat Callimachus, et stilum maledicum strinxerat in quendam Ibin, inimicum suum, qui fuit Apollonius, Argonauticorum scriptor). Museum. Tabulae eorum, qui in quavis disciplina claruerunt, eorumque quae scripserunt, libris CXX. Tabula et descriptio eorum, qui fabulas docuerunt, ab initio et secundum seriem temporum. Tabula scriptorum et vocum inusitatarum Democriti. Nomina mensium apud singulas gentes et urbes. Origines insularum et urbium, nominaque earum mutata. De fluminibus Europae. De mirabilibus Peloponnesi et Italiae. De mutatis piscium nominibus. De ventis De avibus. De fluminibus orbis terrarum. Miraculorum, quae in toto orbe terrarum sunt, collectanea. —

Callimachum magna aetatis suae existimatione gavisum fuisse, ex eo intelligitur, quod innumeris fere locis carmina ejus a Scholiastis citantur. Ad nostrum propositum eatenus tantum pertinet, quatenus ἐν Πίνακι τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν *) de tempore, quo Sophocles et Aristophanes fabulas suas docuerint, egisse videatur. conf. Schol. ad Nub. 552. δῆλον δὲ ὅτι πρῶτος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δέ φησι, Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, σάφως ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται κ. τ. λ. Sch. ad Av. 1242. ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως· Λικυμνίαις βολαῖς, φησί, ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. Commentarios scripsit nullos. Namque in Scholiis ad Av. 264. 305. 765. 883. 1181., ex quibus contrarium aliquis coniicere possit, respicitur ad librum quem edidit *De avibus*. Item in Sch. ad

*) Sic ex locis infra laudatis omnino corrigendum, quod Suidas habet, διδασκάλων.

Av. 692. *μέμνηται τοῦ Προδίκου καὶ ἐν Νεφέλαις. οὐκ ὀρθῶς δὲ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ῥήτορσι καταλέγει. σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις φιλόσοφος*, haud dubie citantur Callimachi *Tabulae eorum, qui in quavis disciplina claruerunt, eorumque, quae scripserunt, libris CXX.* Laudatur noster ad Plut. 388. 677. Nub. 332. 508. Ran. 216. 1324. Equit. 831. Acharn. 144. Vesp. 62. 262. Pac. 259. 455. 1242. Av. 598. 832. 872. Conf. Fabricius Bibl. Gr. lib. III. c. 17.

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΗΣ, Ἀγλαοῦ (οἱ δὲ, Ἀμβροσίου) Κυρηναῖος, μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος, Χίου, γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου, καὶ Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ. μετεπέμφθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ὑπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου, καὶ διέτριψε μέχρι τοῦ πέμπτου. Διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι τὰ βήματα Βῆτα ἐπεκλήθη. οἱ δὲ καὶ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα· ἄλλοι, Πένταθλον ἐκάλεσαν. ἐτέχθη δε ρκϛ´ Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐτελεύτησεν π´ ἐτῶν γεγονὼς ἀποσχόμενος τῆς τροφῆς διὰ τὸ ἀμβλυώττειν, μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον· οὗ πάλιν Ἀρίσταρχος μαθητής. μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ Μνασέας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄριστις. ἔγραψε δὲ φιλόσοφα, καὶ ποιήματα καὶ ἱστορίας. Ἀστρονομίαν ἢ Καταστηρίγμους. Περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων. Περὶ ἀλυπίας. Διαλόγους πολλοὺς καὶ Γραμματικὰ συχνά.

ERATOSTHENES, Aglai (ut vero alii volunt, Ambrosii) filius, Cyrenaeus, discipulus Philosophi Aristonis, Chii, Grammatici vero Lysanii Cyrenaei, et Callimachi poëtae. Accersitus Athenis a Ptolemaeo tertio, ad quintum usque vixit. Hic quod in omni genere doctrinae secundum locum teneret et viris summis proximus esset, *Βῆτα* vocatus est. Alii vero eum Platonem secundum, vel juniorem: alii Quinquertionem appellarunt. Natus Olymp. CXXVI., obiit anno aetatis LXXX ex inedia, propter hebetatam oculorum aciem; relicto illustri discipulo Aristophane Byzantio, cujus rursus discipulus fuit Aristarchus. Ejus vero discipuli fuerunt Mnaseas, Menander et Aristis. Scripsit Philosophica; Poemata; Historias; Astronomiam, seu de iis, qui inter astra relati sunt. Item de Philosophorum sectis; de vacuitate doloris; dialogos multos et multa Grammatica.

Est hic Eratosthenes idem, quem inter longaevos recenset Lucianus, Opp. tom. III, pag. 228. De cujus cognomine vide quam ridicule nugatur Suidas. Scilicet Beta audit, quia defuncto Zenodoto secundus Bibliothecae praefectus erat. Vitam viri Grammaticorum longe principis scripsisse videtur Polemon, de cujus *δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας* loquuntur Schol. ad Av. 11. et Interp. Soph. ad Oedip. Col. 481: *καθάπερ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένην φησί.* Apud Athenaeum, XI, 501. Eratosth. simul cum Lycophrone laudatur *περὶ κωμῳδίας.* Item in Schol. ad Ran. 1055. *δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάσαντος Ἱέρωνος, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ´. περὶ κωμῳδιῶν.* Ad Sophoclem illustrandum nihil contulisse eum

video. In Aristophanem vero tam criticae quam exegeticae ejus curae memorantur ad Plut. 797. *φαίνεται μέντοι τὸ τοιοῦτον οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γένεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἐπισημαίνεται.* et ad v. 1195. *Ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο. Ὅτι ὁ Λυκόφρων, ὡς ὁ Ἐρατοσθένης φησίν, φήθη τοῦτον δᾶδας ἡτηκέναι κ. τ. λ.* ubi conf. Hemsterh. Citatur insuper ad Nub. 447. 552. 961. Ran. 1287. Equit. 972. Vesp. 239. 724. 1068. in Argumento Pacis et ad Pac. 703. 756. ad Av. v. 122. 556. Ex quo postremo loco colligitur, Eratosthenem de bello Peloponnesiaco aut historiam Graecorum universe scripsisse. Fusius de Grammatico nostro egit Fabricius Bibl. Gr. vol. IV. pag. 117 seqq. ed. Harles. Vide quoque Hemsterhusium ad Pollucis Onom. X. 60.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ, Βυζάντιος, γραμματικός, υἱὸς Ἀπελλοῦ, ἡγουμένου στρατιωτῶν, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου, καὶ Εὐφρονίδα τοῦ Κορινθίου, ἢ Σικυωνιοῦ. γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρμέ Ὀλυμπιάδα. —

ARISTOPHANES, Byzantius, Grammaticus, filius Apellis, qui ordines duxit, discipulus Callimachi et Zenodoti, (quorum hunc juvenis, illum vero puer audivit) et praeterea Dionysii Jambi et Euphronidae Corinthii, vel Sicyonii. Vixit Olympiade CXLV.

Idem secundum Athenaeum, VI, 241. XIV, 664. Machonis poëtae comici discipulus fuit. Videtur post Apollonium Rhodium praefecturam gessisse bibliothecae Alexandrinae; Vitruv. in praef. lib. VII. Scripsit Commentarios atque Argumenta in Euripidis tragoedias. De Menandri furtis poeticis docuit in *Παραλλήλοις* Menandri eorumque, quos imitatus est, *ἐκλογαῖς*, testante Porphyrio apud Eusebium X, 3. Aristophanis *Ἔκδοσις* poematum Alcaei memoratur ab Hephaestione in Enchiridio pag. 74. et Schol. ad Aristoph. Plutum, v. 253. Homeri recensionem laudat Schol. ad Il. *α.* 91. 108 et saepius. Homeri carmina *Ἀριστοφάνη ἐξηθετηκέναι, φησὶν Ἀρίσταρχος* ad Il. *φ.* 130 et 131. Edidit praeterea *Πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας*, *In Callimachi indices librorum commentarium;* Athen. IX, 408. *Ἀττικὰς λέξεις*; ibid. XIV, 619. *Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἑταιρίδων*, sive brevius, *Περὶ ἑταιρῶν*; ibid. XIII, 567. 583. et *Περὶ προσώπων*, *De personis scenicis;* ibid. XIV, 659. Primus omnium Aristophanes de accentuum positione certas leges constituisse dicitur. Argumenta *δι' ἰάμβων* confecit ad Plut., Equit., Acharn., Vesp., Aves, Concionat. et Oedip. tyr.; soluta oratione ad Antigonam praefatus est. Commentariorum, quos in Sophoclem Aristophanemve scripserit, nulla vestigia. Discipulos permultos habuit, ex praeceptoris nomine Aristophanei appellatos, quorum longe clarissimus fuit

ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ, Ἀλεξανδρεὺς θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμοθρᾷξ, πατρὸς Ἀριστάρχου. γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρνστ' Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ Πτολεμαίου

ARISTARCHUS, habitatione Alexandrinus, natione vero Samothrax, patrem habuit Aristarchum vixitque Olympiade CLVI, tempore

τοῦ Φιλομήτορος, οὗ καὶ τὸν υἱὸν ἐπαίδευσεν. λέγεται δὲ γράψαι ὑπὲρ ω̒ βίβλία ὑπομνημάτων μόνων. μαθητὴς δὲ γέγονε Ἀριστοφάνους, τοῦ γραμματικοῦ, καὶ Κράτητι, τῷ γραμματικῷ Περγαμηνῷ πλεῖστα διημιλλήσατο ἐν Περγάμῳ. μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ γραμματικοὶ περὶ τοὺς μ' ἐγένοντο. τελευτᾷ δ' ἐν Κύπρῳ, ἑαυτὸν ὑπεξαγαγὼν ἐνδείᾳ τροφῆς, νόσῳ τῇ ὕδρωπι ληφθεὶς. ἔτη δὲ αὐτοῦ τῆς ζωῆς οβ'. καὶ παῖδας μὲν κατέλιπεν Ἀρίσταρχον καὶ Ἀρισταγόραν. ἄμφω δὲ ἐγένοντο εὐήθεις, ὥστε καὶ ἐπράθη ὁ Ἀρίσταρχος. Ἀθηναῖοι δὲ ἐλθόντα παρ' αὐτοῖς ἐξωνήσαντο.

Ptolemaei Philometoris, cujus etiam filium erudivit. Fertur scripsisse ultra octingentos libros, eosque commentariorum tantum. Discipulus fuit Aristophanis Grammatici, et cum Cratete, Grammatico Pergameno, Pergami saepissime contendit. Discipulos Grammaticos habuit circiter XL. In Cypro aqua intercute laborans mortem inedia sibi conscivit. Vixit annos LXXII filiosque reliquit Aristarchum et Aristagoram, qui ambo stupidi fuerunt: adeo ut Aristarchus venderetur, quem tamen Athenienses redemerunt. —

Aristarchus, ὁ γραμματικώτατος, Athen. XV, 671., praeceptor Ptolemaei Euergetis secundi, II, 71., μάντις appellatur a Panaetio philosopho, XIV, 634. *Homeri carmina critice perlustravit,* praefertur tamen Aristarcheae lectioni, quam hodie tuentur Homeri libri, alia a Seleuco commendata. Conf. Athen. V, 189. et 190. Wolfiiqne Proleg. ad Homerum. pag. 227 seqq. *Olympionicas scripsit;* Jonsius de Sriptoribus Hist. Philos. lib. IV. pag. 344. *In Pindarum commentatus est.* Laudat *ejus* ἔκδοσιν Ἀλκαίου Hephaestio l. l. *Commentarios in Anacreontis carmina,* Athenaeus XV. pag. 671. Ὑπομνήματα Ἀρχιλόχεια, Clemens Alexandrinus Stromat. I. p. 326. Enarrationem Lycurgi, fabulae Aeschyli, Schol. gr. in Theocriti Idyll. 10, 8. *Jonis tragici fabulas quum interpretatus esset,* Athen. XIV, 634. ἀντεξηγήσεις ei opposuit Didymus, Grammaticus Alexandrinus; ibid. XIII, 634. *Maximo vero studio ad Aristophanis comoedias incubuit,* atque in primis gavisus esse videtur Ranis, pulcherrimo isto, at hercle etiam intellectu difficillimo dramate. Aristarchus de vocabulorum singulariumque ῥησέων significatione nisi perraro docet; ad Ran. 134. 1017. Equit. 765. Aliquoties περὶ προσώπων agit. Vide Schol. ad Ran. 311. Ἀρίσταρχος δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ φησι λέγειν τὸν Ξανθίαν ad v. 374. ἐντεῦθεν δὲ Ἀρίσταρχος ὑπενόησε μὴ ὅλα τοῦ χοροῦ εἶναι τὰ πρῶτα, ad v. 356. ἐπὶ τοῦτον τὸν χρόνον λέγει Ἀρίσταρχος μεμερίσθαι εἰς μερικὰ ἀναπαιστικά, ἄλλα ἀμείβεσθαι τὸν χρόνον (corr. τὸν χορόν). De metrica ratione disquirit ad Ran. 374. Equit. 569. ad Pacem, v. 1158. Reconditiorem quorundam locorum sensum enucleat doctissime; ad Ran. 1168. 1173. 1294. 1437 et 1450. Aristophanem ex conjectura emendare studuit, teste Schol. ad Ran. 997. Quinque versus (Ran. 1474 — 79) tanquam spurios obelo notasse dicitur ad Ran. 1474. —

Neque Sophoclem neglexit noster, sed commentariis illustravit doctissimis. In ipsis vetustis ad Tragicum Scholiis de Aristarcho quidem altum est silentium, nisi quod semel citatur *Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης*, poëta tragicus, ad Oedip. Col. 1316; verum testem habemus haud contemnendum Harpocrationem, ed. Gron. p. 45, qui v. *Δερμηστής — Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὸν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ· Ἀρίσταρχος δὲ, τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος, τὸν ὄφιν ἀπέδωκε.* Repetuntur eadem haec ab Etymol. M., pag. 257, 37., ab Anonymo in Bekkeri Anecdotis Graecis, tom. I. p. 241. et Phavorino, v. *Δερμηστής*, pag. 470, 17. Discipulos habuit Mnaseam, Menandrum et Aristin, qui, ut et ipsorum sectatores, Aristarchii appellabantur. De aliis scriptis Aristarchi videantur Meursius in Bibl. Graeca et Jonsius l. l. —

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ, Ἀλεξανδρεύς, ποιητὴς ἐπῶν, ὁ ἐν Ῥόδῳ διατρίψας, υἱὸς Σιλλείου, μαθητὴς Καλλιμάχου, ἡλικιώτης Ἐρατοσθένους, Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου καὶ μετὰ Ἐρατοσθένη τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης προστάτης.

APOLLONIUS, Alexandrinus, poeta Epicus, qui Rhodi vixit, filius Sillei, discipulus Callimachi, aequalis Eratosthenis, Euphorionis et Timarchi, tempore Ptolemaei Euergetae et post Eratosthenem Alexandriae bibliothecae praefectus. —

Apollonius, cui cognomen est Rhodio, an Aristophanem commentariis exornaverit, dubitari potest. Scilicet, quum in Scholiis plures recenseantur Apollonii; *Apollonius nude sic dictus*, ad Ran. 1148. *Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι*, (sc. *τὴν Ὀρεστείαν*) *χωρὶς τῶν Σατυρικῶν*. 1294. *Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος, ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί*. 1367. *Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Εὐμενίδων φησὶν εἶναι.* ad Plut. 103. ad Ran. v. 423. 804. 849. 874. 990. *Apollonius Rhodius*, ad Plut. 63. *Apollonius Acharnensis*, semel ad Nub. 423. *Apollonius, Chaeridis filius*, semel ad Vesp. 1231.: quaeritur quisnam fuerit Apollonins ille, a Grammaticis nude sic appellatus. Cogitari possit de *Apollonio Dyscolo*, Grammatico satis illustri, de quo Suidas: »*Ἀπολλώνιος — Ἀλεξανδρεύς*, cognomento Dyscolus, pater Herodiani Technici, cujus scripta haec sunt.« Enumerantur multa, mere Grammatica, atque in his: De Dialectis, Dorica, Jonica, Aeolica, Attica; De Accentibus libri V; ex quibus excerpta dixeris, quae leguntur ad Plut. 103. et ad Ran. 874. Verum haec utcunque sint, Apollonius Rhodius, quum bibliothecae praefectus esset, non potest praeceptoris Callimachi, antecessoris Eratosthenis studia toto animo amplexus esse. Neque obiici potest, Apollonium Epicum, quoniam Rhodii cognomen habeat, ubi ex Argonauticis ejus quaedam allata sint, necessario ubique sic appellatum esse oportere, si idem esset cum Aristophanis interprete. Nam saepissime sine hoc cognomento citatur. Vide Sch. ad Sophocl. Electr. 447. 747. Aristoph. Plut. 210. Nub. 397.

Ad Apollonium Aphrodisiensem quod attinet, videtur Περὶ ἑορτῶν scripsisse atque collectus esse ab Aristophane Grammatico ad Nubium v. 406. De Chaeridis filio non liquet. Inter Sophoclis Scholiastas Apollonius nullus reperitur. De Apollonii Rhodii scriptis vid. Fabricius Bibl. Gr. lib. III, cap. 21.

ΛΥΚΟΦΡΩΝ, Χαλκιδεύς, ἀπὸ Εὐβοίας, υἱὸς Σωκλέους, θέσει δὲ Λύκου τοῦ Ῥηγίνου· γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν· ἔστι γοῦν εἷς τῶν ἑπτά, οἵτινες Πλειὰς ὠνομάσθησαν. τὰ δὲ δράματα αὐτοῦ, Αἰολίδης, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰόλος, Ἐλεφήνωρ, Ἱκέτιδες, Ἱππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Λάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους ά, β΄, Ὀρφανός, Πενθεύς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος· ὅ ἐστιν ἐν τούτῳ ὁ Ναύπλιος. ἔγραψε καὶ τὴν καλουμένην Ἀλεξάνδραν, τὸ σκοτεινὸν ποίημα.

LYCOPHRON, Chalcidensis ex Euboea, filius Socli, adoptione vero Lyci Rhegini, Grammaticus et poëta tragicus, unus de septem, qui Pleias appellantur. Ejus tragoediae sunt hae: Aeolides, Andromeda, Aletes, Aeolus, Elephenor, Supplices, Hippolytus, Cassandrenses, Lajus, Marathonii, Nauplius, Oedipus prior et posterior, Orphanus, Pentheus, Pelopidae, Symmachi, Telegonus, Chrysippus. Ex his Nauplius est drama, quod poëta post priorem editionem ad incudem revocavit et in scena iterum exhibuit. Scripsit et Alexandram, poëma obscurum.

Vixit Noster tempore Ptolemaei Philadelphi. Scilicet in Cod. Reg. Matrit. Apollonii Rhodii, in Iriarti Catal. codd. mss. gr. pag. 219. seq. post genus Apollonii haec notantur de Poëtarum Pleiade: ἑπτὰ ποιηταὶ ἤκμαζον Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, οἱ Πλειὰς ἐπιλεγόμενοι· Θεόκριτος, Ἄρατος, Νίκανδρος, Καλλίμαχος, Ἀπολλώνιος οὗτος, Λυκόφρων, οἶμαι Ὅμηρος, ὁ νέος Τραγικός. Ἄλλοι κατὰ Ἡφαιστίωνα· Ὅμηρος Βυζάντιος, ὁ Μυροῦς ποιητρίδος, Σωσίθεος, Λυκόφρων, Ἀλέξανδρος, Αἰαντίδης, Σωσιφάνης, Φιλίσκος; teste Harlesio ad Fabricii bibl. Gr. tom. II. p. 318. Lycophron nude citatur apud Athenaeum, IV, 140., ubi scriptum quoddam grammaticum intelligi debet: item XI, 501. Fortasse significatur liber Περὶ κωμῳδίας, de quo jam supra ad Eratosthenem diximus. Commentarios in Aristophanem tam grammaticos quam exegeticos conscripsisse eum, colligitur ex Scholiis ad Plut. 1195. Ran. 1298. Vesp. 91. 1032. 724. Pac. 703. De Sophoclis interpretatione nihil constat.

ΔΙΔΥΜΟΣ, Διδύμου ταριχοπώλου, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος, Ἀλεξανδρεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος, καὶ ἕως Αὐγούστου· Χαλκέντερος κληθείς, διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονήν. φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ τρισχίλια καὶ πεντακόσια βιβλία. —

DIDYMUS, Didymi salsamentarii filius, Grammaticus Aristarchius, qui vixit temporibus Antonii et Ciceronis usque ad Augustum, Chalcenterus vocatus propter assiduitatem, qua in libris legendis et scribendis est usus. Aiunt enim eum ultra MMMD libros conscripsisse. —

Neque Sophoclem neglexit noster, sed commentariis illustravit doctissimis. In ipsis vetustis ad Tragicum Scholiis de Aristarcho quidem altum est silentium, nisi quod semel citatur *Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης*, poëta tragicus, ad Oedip. Col. 1316; verum testem habemus haud contemnendum Harpocrationem, ed. Gron. p. 45, qui v. *Δερμιστής — Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὸν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ· Ἀρίσταρχος δὲ, τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος, τὸν ὄφιν ἀπέδωκε.* Repetuntur eadem haec ab Etymol. M., pag. 257, 37., ab Anonymo in Bekkeri Anecdotis Graecis, tom. I. p. 241. et Phavorino, v. *Δερμιστής*, pag. 470, 17. Discipulos habuit Mnaseam, Menandrum et Aristin, qui, ut et ipsorum sectatores, Aristarchii appellabantur. De aliis scriptis Aristarchi videantur Meursius in Bibl. Graeca et Jonsius l. l. —

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ, Ἀλεξανδρεύς, ποιητὴς ἐπῶν, ὁ ἐν Ῥόδῳ διατρίψας, υἱὸς Σιλλείου, μαθητὴς Καλλιμάχου, ἡλικιώτης Ἐρατοσθένους, Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου καὶ μετὰ Ἐρατοσθένη τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης προστάτης.

APOLLONIUS, Alexandrinus, poeta Epicus, qui Rhodi vixit, filius Sillei, discipulus Callimachi, aequalis Eratosthenis, Euphorionis et Timarchi, tempore Ptolemaei Euergetae et post Eratosthenem Alexandriae bibliothecae praefectus. —

Apollonius, cui cognomen est Rhodio, an Aristophanem commentariis exornaverit, dubitari potest. Scilicet, quum in Scholiis plures recenseantur Apollonii; *Apollonius nude sic dictus,* ad Ran. 1148. *Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι,* (sc. *τὴν Ὀρεστείαν*) *χώρις τῶν Σατυρικῶν.* 1294. *Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος, ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί.* 1367. *Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Εὐμενίδων φησὶν εἶναι.* ad Plut. 103. ad Ran. v. 423. 804. 849. 874. 990. *Apollonius Rhodius,* ad Plut. 63. *Apollonius Acharnensis,* semel ad Nub. 423. *Apollonius, Chaeridis filius,* semel ad Vesp. 1231.: quaeritur quisnam fuerit Apollonius ille, a Grammaticis nude sic appellatus. Cogitari possit de *Apollonio Dyscolo,* Grammatico satis illustri, de quo Suidas: »*Ἀπολλώνιος — Ἀλεξανδρεύς*, cognomento Dyscolus, pater Herodiani Technici, cujus scripta haec sunt.« Enumerantur multa, mere Grammatica, atque in his.: De Dialectis, Dorica, Jonica, Aeolica, Attica; De Accentibus libri V; ex quibus excerpta dixeris, quae leguntur ad Plut. 103. et ad Ran. 874. Verum haec utcunque sint, Apollonius Rhodius, quum bibliothecae praefectus esset, non potest non praeceptoris Callimachi, antecessoris Eratosthenis studia toto animo amplexus esse. Neque obiici potest, Apollonium Epicum, quoniam Rhodii cognomen habeat, ubi ex Argonauticis ejus quaedam allata sint, necessario ubique sic appellatum esse oportere, si idem esset cum Aristophanis interprete. Nam saepissime sine hoc cognomento citatur. Vide Sch. ad Sophocl. Electr. 447. 747. Aristoph. Plut. 210. Nub. 397.

Ad Apollonium Acharnensem quod attinet, videtur *Περὶ ἑορτῶν* scripsisse atque collatus esse ab Aristophanis Grammatico ad Nubium v. 406. De Chaeridis filio non liquet. Inter Sophoclis Scholiastas Apollonius nullus reperitur. De Apollonii Rhodii scriptis vid. Fabricius Bibl. Gr. lib. III. cap. 21.

ΛΥΚΟΦΡΩΝ, *Χαλκιδεύς*, *ἀπὸ Εὐβοίας*, *υἱὸς Σωκλέους*, *θέσει δὲ Λύκου τοῦ Ῥηγίνου· γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν*. *ἔστι γοῦν εἷς τῶν ἑπτά*, *οἵτινες Πλειὰς ὠνομάσθησαν*. *εἰσὶ δὲ καὶ τραγῳδίαι αὐτοῦ*, *Αἰόλος*, *Ἀνδρομέδα*, *Ἀλήτης*, *Αἰολίδης*, *Ἐλεφήνωρ*, *Ἡρακλῆς*, *Ἱκέται*, *Ἱππόλυτος*, *Κασσανδρεῖς*, *Λαΐος*, *Μαραθώνιοι*, *Ναύπλιος*, *Οἰδίπους*, *α'*, *β'*. *Ὀρφανός*, *Πενθεύς*, *Πελοπίδαι*, *Σύμμαχοι*, *Τηλέγονος*, *Χρύσιππος*. *διασκευὴ δ᾽ἐστὶν ἐκ τούτων ὁ Ναύπλιος*. *ἔγραψε καὶ τὴν καλουμένην Ἀλεξάνδραν*, *τὸ σκοτεινὸν ποίημα*.

LYCOPHRON, Chalcidensis ex Euboea, filius Soclis, adoptione vero Lyci Rhegini, Grammaticus et poëta tragicus, unus de septem, qui Pleias appellantur. Ejus tragoediae sunt hae: Aeolus, Andromeda, Aletes, Aeolides, Elephenor, Supplices, Hippolytus, Cassandrenses, Lajus, Marathonii, Nauplius, Oedipus prior et posterior, Orphanus, Pentheus, Pelopidae, Symmachi, Telegonus, Chrysippus. Ex his Nauplius est drama, quod poëta post priorem editionem ad incudem revocavit et in scena iterum exhibuit. Scripsit et Alexandram, poëma obscurum.

Vixit Noster tempore Ptolemaei Philadelphi. Scilicet in Cod. Reg. Matrit. Apollonii Rhodii, in Iriarti Catal. codd. mss. gr. pag. 212. sq., post genus Apollonii haec notantur de Poëtarum Pleiade: *ἑπτὰ ποιηταὶ παρῆσαν Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, οἳ Πλειὰς ἐκλήθησαν· Θεόκριτος· Ἄρατος· Νίκανδρος· Καλλίμαχος· Ἀπολλώνιος οὗτος· Λυκόφρων οἶμαι· Ὅμηρος, ὁ νέος Τραγικός. Ἄλλως κατὰ Ἡφαιστίωνα· Ὅμηρος Βυζάντιος, ὁ Μυροῦς ποιητρίδος· Σωσίθεος· Λυκόφρων· Ἀλέξανδρος· Αἰαντίδης· Σωσιφάνης· Φιλίσκος*; teste Harlesio ad Fabricii bibl. Gr. tom. II. p. 318. Lycophron nude citatur apud Athenaeum, IV, 140., ubi scriptum quoddam grammaticum intelligi debet: item XI, 501. Fortasse significatur liber *Περὶ κωμῳδίας*, de quo iam supra ad Eratosthenem diximus. Commentarios in Aristophanem tam grammaticos quam exegeticos conscripsisse eum, colligitur ex Scholiis ad Plut. 1195. Ran. 1398. Vesp. 91. 103. 724. Pac. 703. De Sophoclis interpretatione nihil constat.

ΔΙΔΥΜΟΣ, *Διδύμου ταριχοπώλου*, *γραμματικὸς Ἀριστάρχειος*, *Ἀλεξανδρεύς*, *γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος*, *καὶ ἕως Αὐγούστου· Χαλκέντερος κληθεὶς*, *διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονήν*. *φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ τρισχίλια καὶ πεντακόσια βιβλία*. —

DIDYMUS, Didymi salsamentarii filius, Grammaticus Aristarchius, qui vixit temporibus Antonii et Ciceronis usque ad Augustum, Chalcenterus vocatus propter assiduitatem, qua in libris legendis et scribendis est usus. Aiunt enim eum ultra MMMD libros conscripsisse. —

Didymus, qui et ipse magnus fuit inter Grammaticos Alexandrinos, de utroque poëta meruit magnopere: ita tamen, ut Comicum enarrando potius illustravisse, Tragicum curis criticis quoque integrum restituisse videatur. Schol. ad Antig. 45. *Δίδυμος δέ φησιν ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι.* ad Oedip. Col. 237. *τὸ τῆς Ἀντιγόνης πρόσωπον ὅλον καὶ τοῦ χοροῦ τὸ τετράστιχον ἀπεθοῦνται — οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Διδύμου τούτων ὀβελισθὲν εὕρομεν.* Cujus tragoediarum Sophoclis recensionem vulgatam fuisse puto usque ad aetatem Demetrii Triclinii, qui nova, at pessima sane, ratione sua pristinam illam prorsus obruere coepit.

Ex innumeris fere Didymi operibus commemorantur haec: *Περὶ διεφθορυίας λέξεως*, apud Schol. ad Av. 768. et Athen. IX, 368. *Ἐξηγητικὸς τῶν Ἴωνος δραμάτων*, Athen. XI, 468.; quem eundem esse coniicio cum libro sic inscripto: *Αἱ πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεις*, IX, 371. *Περὶ τραγῳδουμένης λέξεως*, testibus Macrobio V, 18. et Hesychio in prooemio Lexici. Librum XXVIII illius operis laudat Harpocration in Ξηραλοιφεῖν. *Τῶν Φρυνίχου δραμάτων ἐξήγησις*, Athen. IX. 371. *Παροιμίαι*, *Proverbia*, quae a Didymo collecta et explanata post eum in epitomen redegit Zenodotus (apud Suid. Zenobius), teste Schol. ad Nub. 133. Confer etiam, quae habentur ad Ran. 997. Didymi *Ἐξήγησις Πινδαρική* citatur a Lactantio lib. I, cap. 22. *Ἐν ὑπομνήματι πρώτῳ τῶν παιάνων Πινδάρου* laudat eundem Ammonius voce *Θηβαῖοι*. Olympionicas scripsit; vide Jonsium de scriptoribus hist. philos. lib. IV pag. 344. *Ὑπόμνημα Βακχυλίδου ἐπινικίων*, teste Ammonio v. *Νηρεΐδες*. Seneca in epistola 88. tradit, Didymum Grammaticum scripsisse librum, in quo quaerebatur, *Anacreon libidinosior an ebriosior vixerit.* Euripidis enarrator fuit, uti ex Scholiis ad Tragicum illum apparet. In Scholiis ad Aristophanem haud raro opponitur Symmacho. Praecipue operam suam collocavit in Avibus et Ranis. Laudatur ejus varietas lectionis in Schol. ad Pac. 929. *Δίδυμος δὲ ἐν ἐκτάσει* (sc. τὸ οἶ). *οἱ γὰρ φοβούμενοι οὕτω λέγουσιν.* Rariores voces et *ῥήσεις* explicat atque obscuriores locos illustrat ad Plut. 1012. 1130. Ran. 41. 104. 223. 231. 788. 997. 1055. Equit. 963. et iisdem fere verbis ad Acharn. 1114. Praeterea ad Vesp. 804. 1074. Av. 13. 43. 149. 302. 306. 530. 704. 737. 816. 824. 835. 836. 1113. 1284. 1295. 1386. 1528. 1684. 1687. ad Soph. A. M. 408. Antig. 4. — De certis personis poëtarumque locis, ad quos in comoediis alludatur, docet ad Ran. 13. 55. 716. 992. 1017. ad Vesp. 1099. 1217. 1349. Av. 439. 876. 1121. De metro egit ad Ran. 1017; de accentu ad Av. 58. Oedip. Col. 756. Citatur etiam ad Ran. 1332. Equit. 963. Vesp. 1428. Acharn. 1089. Av. 217. 1001. 1112. 1274. 1298. 1369. De quinque aliis Didymis docet Suidas.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ. Callistratus, Aristophaneus, Grammaticus. Athen. I, 21. VI, 263. In Pindarum commentatus est; Schol. ad Pindarum. Euripidem enarravit; Schol. ad Orest. 314.

434. 1037. Scripta ejus **memorantur**: *Περὶ Ἑταιρῶν, De Meretricibus,* XIII, 591; *Θραττῶν Κρατίνου ὑπομνήματα, In Cratini Tressas Commentarii,* XI, 495.; *Σύμμικτα, Miscellanea,* III, 125. **Laudatur** ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας ad Pers. 941. Edidit quoque *Περὶ Ἀθηνῶν συγγράμματα,* teste Schol. ad Av. 395. Ἐξηγούμενος vocatur ad Ran. 804., ac profecto animadversionibus ejus in Aristophanem aegre careremus. Vide de eo ad Plut. 179. 385. 718. 1111. Ran. 92. 223. 273. 574. 595. 706. 804. 849. Vesp. 157. 213. 622. 695. 804. 836. Av. 436. 439. 530. 933. 997. 1342. 1385. Pac. 1058. 1125. Sophoclem non interpretatus est. Qui ad Acharn. 661. laudatur Callistratus, Aristophanis histrio fuisse videtur, cujus mentio fit ab Anonymo in vita Comici.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ. Symmachus, Atheniensis. De vita, temporis ratione et scriptis diligentissimi hujus Comoediarum interpretis nihil habeo, quod dicam. In Plutum priorem commentarios eum confecisse, animadvertit Hemsterhusius ad Plut. v. 1012. Caeterum citatur ad Nub. 819. Ran. 758. 1251. Equit. 84. 765. 972. 988. 1134. 1264. Acharn. 479. 885. 1141. Vesp. 1342. Av. 17. 58. 168. 439. 704. 988. 994. 1001. 1121. 1284. 1295. 1298. 1369. 1386. 1687. 1711. Pac. 913. In Scholiis ad Sophoclem vero nusquam occurrit.

ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΣ. Dicaearchus, Aristarchi discipulus, Grammaticus. Scripta ejus laudantur: *Περὶ Ἀλκαίου,* ad Pac. 1242; *Περὶ Ἀλκμᾶνος,* Athen. XV, p. 668; *Περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων,* ad Av. 1411; *Περὶ Μουσικῶν ἀγώνων,* ad Ran. 1329 et Vesp. 1277; *Περὶ Μουσικῆς,* ad Nub. 1354; *Παναθηναϊκόν,* ad Vesp. 564. Confecit etiam *Ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων;* teste Sexto Empirico, lib. III. contra Mathem. cap. I. Vide Argum. Aiacis, cui fabulae apud Dicaearchum titulus erat *Αἴαντος θάνατος.* Denique ex Argumento Ranarum colligi licet, eum *in Aristophanis quoque comoedias* praefatum esse. *Οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα διὰ τὴν ἐν αὐτῷ Παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίαρχος.*

ΕΥΦΡΟΝΙΟΣ. Euphronius. Commentarios in Aristophanem edidit, teste Schol. ad Av. 1411. *Ἀντίπατρος δὲ καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φασι τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λασὸν τὸν Ἑρμιονέα.* Laudatur ad Plut. 385. 905. Nub. 1254. Ran. 1120. Vesp. 622. 626. 694. 695. 1040. 1124. 1183. 1569. Av. 269. 302. 358. 765. 798. 872. 933. 997. 1385. 1543. 1570. 1753.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ. Citantur ejus *ὑπομνήματα* ad Av. 1411. Praeterea nusquam occurrit.

ΠΡΑΞΙΦΑΝΗΣ. Praxiphanes. *Τῶν δὲ ἐξηγησαμένων ἁπάντων Πραξιφάνης δοκεῖ ἄμεινον ἀποδιδόναι.* Schol. ad Oedip. Col. 894. At quum verba *σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος* pro *abiectis ὑποδήμασι accurrere* habeat, ineptit egregie.

*

ΠΙΟΣ. Pius. Semel tantum in partes vocatur in Schol. ad Aiac. v. 408. *δίπαλτος* — *ὁ στρατός με φονεύοι, λαβὼν τὰ δίπαλτα δοράτια, ὡς Πῖος φησί.* Videtur idem esse, qui ad Iliad. σ, 515. laudatur *ἀπολογούμενος πρὸς τὰς ἀθετήσεις Ἀριστάρχου.*

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝ, — *Γραμματικός, διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· εἶτα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Θεοδοσίου. ἔγραψε Τεμενικά. Ὑπόμνημα Σοφοκλέους, Ἀλκαίου, εἰς Ὅμηρον. λαμπρὸς μὲν ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἄνθρωπος, καὶ τῶν πάλαι λογιμωτάτων γραμματικῶν οὐδὲν τι μεῖον ἀπενεγκάμενος.* —

HORAPOLLO, — Grammaticus, qui primum Alexandriae in Aegypto literas docuit, deinceps Constantinopoli, temporibus Theodosii. Scripsit: De Delubris; Commentarios in Sophoclem, Alcaeum, Homerum. Ob artem clarus, haud minorem quam veteres doctissimi Grammatici gloriam consecutus est. —

In Scholiis ad Sophoclem Horapollinis nusquam fit mentio.

Interpretes antiqui Sophoclis citantur ad Oedip. Col. 388. 390. 681. 944. Antig. 45. *Commentarii,* ad Electr. 488. *Aristophanis Hypomnemata,* Plut. 1038. Vesp. 1003. Av. 286. 556. 1075. 1242.

Denique e recentioribus Graecis silentio non praetereundi sunt *Thomas Magister, Joannes Tzetzes* et *Demetrius Triclinius:* qui prope aequales, adhibitis variis Grammaticis antiquioribus, scholia nostra collegerunt suaque passim addiderunt. Kusterus, praefat. ad Aristoph. fol. 3., »Scholia Musuriana, inquit, partim a pervetustis iisque clarissimi nominis Grammaticis conscripta sunt, quae proinde non mirum si optimae sint notae, veramque et priscam illam eruditionem sapiant: partim auctores habent Thomam Magistrum et Joannem Tzetzam aliosque forte illius aetatis Graeculos. Omne dubium de duobus hisce saltem mihi exemerunt excerpta scholiorum in Aristophanem ex cod. msto. Vaticano MCCXCIV., qui fuit quondam Fulvii Ursini, itemque excerpta ex cod. Urbinate CXLI. in eadem bibliotheca. Horum enim Codicum prioris excerpta praeferunt nomen *Thomae Magistri,* posterioris *Joannis Tzetzae;* in quibus quae leguntur, maxima ex parte in editis ad Aristophanem scholiis *αὐτολεξεὶ* quoque occurrunt.«

Thomae Magistro vita Comici tribuitur, quam praeter illam Anonymi exhibet Aldina. Ejusdem msta ad Nubes Scholia e Biblioth. Renati Morelli citat Jo. Pricaeus ad Apuleii Apologiam. In Bibliotheca Laurent. Medic. Florent., teste Bandinio, cod. inter Gaddianos VII, membranaceus, continet Plutum cum prolegomenis Thomae Magistri. Item in bibliotheca Veneta D. Marci, teste Catalogo, Sophoclis Cod. membranaceus est, in quo ad Aiacem, Electram et Oedipum tyrannum exstant Scholia Thomae Magistri et Man. Moschopuli.

Demetrius Triclinius in Sophoclis maxime tragoediis studium atque operam collocavisse videtur. Nam praeter novam textus recensionem scholia graeca singulis fabulis adiecit

exegetica; tum vero etiam scripsit: Περὶ μέτρων, οἷς ἐχρήσατο Σοφοκλῆς et Περὶ σχημάτων. Collectionem instituit Scholiorum in Pindarum, quem poëtam et ipse animadversionibus illustravit, teste editione Romana, pag. 15. haecce habente: Ἰστέον, ὅτι τὰ γραφέντα περὶ τῶν κώλων ἐν ἀρχαῖς πάντων τῶν Ὀλυμπίων ἐπινικίων καὶ τοῦ πρώτου μόνου τῶν Πυθίων παλαιά ἐστι. Διωρθώθη δὲ παρὰ τοῦ ἡμετέρου σοφιστοῦ, ἤτοι μυσταγωγοῦ, Κυροῦ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν Πυθίων ἐμετρήθη παρ᾽ αὐτοῦ, πολλῶν τινῶν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς σοφῶν εἰς τοῦτο αὐτὸν προτρεψάντων. De cujus meritis sic iudicat Brunckius: »Triclinii illa recensio neutiquam digna erat, quae sincero textui, ab Aldo edito, praeferretur. Pravas lectiones passim intrusit: maxime vero in canticis impudentissima audacia grassatus est; insulsissima quaeque inferciens, ut carminum formas, quas animo perceperat, effingeret. Falluntur egregie, qui ad Triclinii recensionem factis editionibus utentes, genuinum Sophoclem legere se opinantur.« Scholia novissima, Florentinae editioni Aristophanis hinc inde ab Arsenio inserta, atque in solas Thesmophoriazusas ab Aegidio Burdino Parisiis 1545. seorsim edita, memoria vix digna ea existimo. Quamquam Odoardi Biseti animadversiones graecae, quae universas undecim comoedias illustrant, haud contemnendam doctrinam prae se ferunt. —

Restat ut in priori hac opusculi nostri parte paucis moneamus de signis criticis veterum Grammaticorum, deque gravissimo damno, quod ex illorum Commentariis perverse adhibitis profectum est.

Scilicet Scholiastae Alexandrini non modo in eo versati fuerunt, ut instituta codd. collatione lectionis varietatem adnotarent diiudicarentque, sed etiam σημεῖα quaedam apposuerunt, quibus aut suspecta et aperte νόθα, aut minus usitata, poëtice dicta et confuse expressa, illa quidem ὀβελῷ, haec ἀστερίσκῳ designarent accuratissime. Non nescio, eos praeter hasce aliis quoque notis usos fuisse *), sed in hoc exiguo libello principes tantum earum attingere placuit. Ἀστερίσκος in impressis adhuc asservatur, formam tamen in X mutatus. Vide Sch. in Antig. vv. 735 et 741. Ὁρᾷς τάδ᾽ ὡς εἴρηκας· τὸ X, ὅτι αὐστηρῶς προσηνέχθη τῷ πατρί. Εἴπερ γυνὴ σύ· πάλιν δὲ τὸ X, διὰ τὸ αὐστηρόν. ad Aristoph. Av. 76. φαληρικὰς ἀφύας· ὅτι πληθυντικῶς λέγουσι τὰς ἀφύας, Ἀρίσταρχος δὲ οὐκ ἀποδέχεται πληθυντικῶς, διὸ τὸ X. Av. 304. τὸ X, ὅτι ἤλλαξε τὸ τοπικόν· ἔδει γὰρ ἐξ Ἀθηνῶν, οὐκ εἰς Ἀθήνας εἰπεῖν. conf. etiam ad Oed. Col. 25. 43. 368. — Ὀβελὸς ubi appositus fuerit, Grammatici verbis declarant. Adi Schol. ad Antig. 45.

---

*) Schol. ad Ran. 153. τινὲς δὲ οὐ γράφουσι τόν, Νὴ τοὺς θεούς, στίχον, ἀλλ᾽ ἀφαιροῦσι καὶ οὕτω τὸ ἑξῆς γράφουσι· ἢ πυῤῥίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου. διὸ καὶ Ἀριστοφάνης παρατίθησι ἀντίσιγμα καὶ τὸ σίγμα.

ad Oedip. Col. 237. Qui loci quum iam v. Didymus, pag. 10. init., expressi sint, lectorem istuc delegatum volumus. — Atque Codices critice sic absoluti iis significari videntur, qui ad Oedip. Col. 389. *τὰ ἀναγκαιότερα τῶν ἀντιγράφων* appellantur.

Jam supra, ubi de singulis Grammaticis sermo erat, vidimus, plures eorum in unius alteriusve poëtarum Nostrorum fabulas Commentarios scripsisse exegeticos: alios de quovis rei literariae argumento singulares libros edidisse, uti Callimachi tabula dramatum, Eratosthenis de comoediis, Dicaearchi de musica libri commemorantur. Igitur literarum antiquarum studio temporibus illis flagrante, quum nemo non graece eruditus et Sophoclem et Aristophanem versaret assidue, accidit, ut Commentarios illos, quo commodioribus uteretur, pro suo quisque desiderio in marginem codicis migrare iuberet. Quod quantum damni attulerit, vix dici potest. Praeterquam enim quod genuina Grammaticorum opera perirent negligentia, neque enarratoris verba vix unquam integra reciperentur, interpolabantur etiam miserrime*), quum multi, in suo quisque libro, pluresve deinceps ejusdem libri possessores, aut de suo aliquid, aut ex aliis scriptoribus deprómta illustrandi gratia insererent. Hinc codices passim reperiuntur, in quibus Scholia occurrunt a vulgatis longe diversa aut locupletiora aliis: qualia sunt, quae Tiberius Hemsterhusius ex Cod. Dorv. ad Plutum, Brunckius ex codd. mss. ad Sophoclis reliquias congesserunt. Sic quoque Cantabrigiensis mea, ex codicibus optimae sane notae a. 1667 edita, praeter multa alia, quae in vulgatis frustra requiras, ad Oedip. Col. 314. alterum hoc scholium habet: *ἄλλως. Κυνῇ Θετταλικὴ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς περιεκάλυπτε πλατύπιλος, ἀποπέμπουσα τοῦ προσώπου αὐτῆς τὰς τοῦ ἡλίου ἐκκαύσεις, ἣν ἡλιοστερῆ ὠνόμασεν. ὅτι δὲ πλατεῖς ἦσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι, καὶ Καλλίμαχος λέγει· Εἴδεος· ἀμφὶ δὲ οἱ, καὶ τὰ ἑξῆς.* Ad ejusdem Tragoediae v. 683. vulgati libri omnes: *κρῆναι νομάδες, αἱ ἐπινεμόμεναι, ὥσπερ καὶ καταῤῥέουσαι τὴν γῆν τοῦ Ἰλισσοῦ πηγαί.* In mea de Ilisso nihil video, sed habet optime *Κηφισοῦ.* Denique in Scholio ad v. 1589. Vulgata lectio, *ἔνθα δηλονότι καὶ κριὸς θήλεια τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται,* corruptissima sane, quam Brunckius pro more suo prorsus aliam dedit, in Cantabrigiensi mea sic sonat: *ἔνθεν δῆλον ὅτι καὶ κριὸς θήλεια τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται;* unde facili emendatione, si nempe *θηλείᾳ* correxeris, sensus restitui potest.

Neque ex alio fonte derivandum, quod Scholia ex diversis auctoribus profecta persaepe, quasi ejusdem scriptoris essent, in unum confusa deprehenduntur. — Sunt autem

---

*) Hujus rei exemplum praebet Schol. ad Soph. A. M. 922. *Ὁ δυσώνυμος Αἴας· — λέγεται δυσώνυμος καὶ οὗ τὸ ὄνομα ἐπαχθῶς οἱ ἄνθρωποι δέχονται διὰ τὸ μῖσος, ὅπερ ἔχουσι πρὸς αὐτόν. Καθ' ὃ λέγεται δυσώνυμος ὁ Ἰουδας.*

tria istiusmodi confusionis genera: quorum primum e *ταυτολογίᾳ*, alterum e repugnantia sententiarum, tertium ex eo cernitur, quod vetustas animadversiones scioli recentiores illustrare conati sunt. Vid. Aristoph. Plut. 39.

Τί δῆθ᾽ ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

Schol. *Ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων· Τραγικώτερον ἀπεφήνατο προσδιασύρων, ὥς φασιν, Εὐριπίδην. ὁ δὲ νοῦς, τί ἐφθέγξατο ἐκ τῶν στεφάνων τῆς προφήτιδος; ἐστεφανηφόρει γὰρ ἡ Πυθία. Ἐπεὶ οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι. τὸ δὲ ἐκ τῶν στεμμάτων, ἐπεὶ οἱ μαντευόμενοι ἐγγράφῳ ἀνακοινώσει πρὸς τὸν θεὸν τὰς πεύσεις ἐποιοῦντο, γράφοντες ἐν πυκτίῳ τὸ κατὰ προαίρεσιν αὐτοῖς κείμενον, στεφάνῳ τε ἀμφιστάντες ἀβρῷ, τῇ μαντιπόλῳ ἐχειροτόνουν· ὁ δὲ ἐντυχὼν σύμφωνον τὴν ἀπόκρισιν τοῖς προτεινομένοις ἐποιεῖτο. οἱ δὲ, ὅτι ἐν μέσῳ τῶν στεφάνων, καθημένη ἔλεγεν ἡ Πυθία· καὶ ἀλλαχοῦ· Ἴαχεν ἀστοῖσι διὰ τριπόδων ἐριτίμων. Ἄλλως. κ. τ. λ.*

Habes Scholium, quod vere confusionis typus dici possit. Sunt enim in eo quinque diversae glossae permixtae. Prima continet verba *τραγικώτερον — ἐκ τῶν στεφάνων τῆς προφήτιδος*. Secunda, cui ut reliquis librarius aliquis titulum *ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων* abscidit, est haec: *ἐστεφανηφόρει γὰρ ἡ Πυθία*, ac quasi illustrat primam. Tertiam, *ἐπεὶ οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι*, satis negligenter Hemsterhusius inserto *ἢ* cum secunda conjungere voluit. Quarta truncato capite exstat, neque dubium est, quin demta sint verba, *ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων· ἔλακεν, ἐφθέγξατο*, quae postrema vox supra legitur. — Praeterea hoc quartum glossema tam corruptum turbatumque est, ut nisi divinando sensum elicere queas. Scholiasta hoc sibi voluisse videtur: *De Pythia dicitur ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων, quoniam supplices, corona τὸ ἄδυτον circumstantes, responsa accipiebant.* Hemsterhusius hunc locum aliter, at, si quid video, male intellexit. Denique vocabulum *ἄλλως* quintam glossam indicat, cujus prima verba, *στέφανοι ἐπὶ τοῦ τρίποδος ἔκειντο, οὓς ἡ Πυθία ἐν τῇ κεφαλῇ φοροῦσα ἐμαντεύετο*, satis ridicule duas sibi repugnantes sententias, *ἐστεφανηφόρει γὰρ ἡ Πυθία* et *ὅτι ἐν μέσῳ τῶν στεφάνων καθημένη ἔλεγεν ἡ Πυθία*, in unam coniunxisse vides.

Item in Scholio ad Pluti v. 287., ed. Hemsterh., post verba *πλὴν μύος* usque ad *ἄλλως* alius Grammaticus loquitur, quod vel maxime ex repetitione *τοῦ πολλοὺς ὠτακουστὰς εἶχεν* apparet. Neque negabis in altera ad Plut. vv. 384. 385. animadversione trium Scholiastarum sententias pro una vendi. Dissentiunt enim de Pamphilo, utrum pictor an poëta tragicus fuerit: ac primus pictorem fuisse contendit, secundus poëtam eum habet, tertius rem in medio relinquit.

Multo rarius ejusmodi confusiones apud Sophoclis interpretes offendunt, qui universe integriores sunt illis, quorum commentariis Aristophanes obrutus est.

Sic in enarratione ad Aiacis v. 699. verba τῶν δὲ ὀρχηθέων ἡ μὲν βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ κρητική, ἢ καὶ πυῤῥίχη (sc. ὀνομάζεται) κ. τ. λ., haud dubie tertii cujusdam Grammatici sunt: namque eadem, quae supra, duo recensentur saltationis genera. Περὶ πυῤῥίχης videsis Tib. Hemsterh. ad Lucianum Tom. I. p. 226. — Evolve iam Oedip. Col. v. 934. Ubi quum ad verba, εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας, vetus interpres optime monuisset: μέτοικος ἀντὶ τοῦ ἔνοικος· οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ μέτοικος, ὡς ἡμεῖς φαμέν, εἴρηται., a recentioris Graeculi manu statim adsuta sunt: μετοίκους δὲ καλοῦσι τοὺς ἀπὸ ἑτέρας χώρας μεταβαίνοντας καὶ κατοικοῦντας ἐν ἑτέραις. Sic Cantabrigiensis locum exhibet. Libri vulgati pessime legunt: οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ μέτοικος. ὡς ἡμεῖς φαμὲν εἴρηται. μετοίκους δὲ καλοῦμεν τοὺς ἀπὸ ἑτέρας χώρας οἰκοῦντας, πρὸς (Br. καὶ) τοὺς μετοικισθέντας ποθέν. —

Denique ex magna incuria, qua Scholia ex diversis exemplaribus descripta sunt, factum est, ut saepius pertineant ad lectiones diversas ab iis, quae nostris in editionibus feruntur. Quae res quum sit notissima, unum, at novum, argumentum attulisse satisfaciet. Oedip. Tyr. vv. 322. 323:

οὔτ' ἔννομ' εἶπας, οὔτε προσφιλὲς πόλει
τῇδ', ἥ σ' ἔθρεψε, τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν.

Sch. τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν· μὴ λέγων τὸν χρησμόν. τὸ δὲ ἀποστερῶ ἐνίοτε μὲν ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς γενικὴν ἔχει τὴν σύνταξιν· ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς αἰτιατικήν, ὡς ἐνταῦθα. Vides Scholiastam legisse vulgatis praestantiora:

οὔτ' ἔννομ' εἶπας, οὔτε προσφιλὲς πόλει,
τήνδ', ἥ σ' ἔθρεψε, τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν.

De Tiresiae verbis mox sequentibus, quae VV. DD. certatim tentarunt, sic existimo:

πάντες γὰρ οὐ φρονεῖτ'· ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε,
τἄμ' ὡς ἂν εἴπω μή, τὰ σ' ἐκφανῶ κακά.

At ego nunquam, quamdiu mea non edixero, tua aperiam mala.

Pars posterior.

Refutatis nonnullis VV. DD. coniecturis, novae Scholiorum emendationes Eruditorum iudicio exponuntur.

Scholia in Sophoclem, quorum editio princeps ex recensione *Jan. Lascaris* prodiit Romae, 1518., quaeque inde Romana audiunt, ad Brunckium usque intacta prorsus atque sine ullo textus respectu ex una in alteram editionem migrarunt, quasi nihili fere essent atque emaculatione indigna. Aristophanea vero, *ἃ δὴ σποράδην ἐν ἀντιγράφοις κείμενα διαφόροις καὶ πεφυρμένως, συνείλεκταί τε καὶ, ὡς οἷοντ' ἦν, ἐπιμελέστατα διώρθωται παρὰ Μάρκου Μουσούρου τοῦ Κρητός*, Venetiis apud Aldum MIID., iam discipulus Musuri, Sigismundus Gelenius, ubi vitiosa visa erant, ex coniectura emendavit. Qua in re tanto doctrinae lumine gavisus est, ut fere semper probetur a Kustero et Hemsterhusio: quorum ille in splendidissima Comici editione scholia tractavit religiosissime, hic vero, quum novam Pluti recensionem communicaret, tam illustrandorum quam emendandorum Grammaticorum specimen proposuit, ut supra nihil addi possit. Verum enim vero, uti plerumque fieri solet, ut etiam optimi homines aliquoties peccent, sic magnus quoque Hemsterhusius nonnulla, aut intacta reliquit, aut perperam diiudicavit. Post eum Joh. Aug. Ernesti in praefatione ad Nubes de Scholiastis docuit quaedam, sed tam tumultuaria, ut scriptoris festinantiam manifesto ostendant. Enarrationum graecarum in Sophoclem nullus adhuc exstitit sincerus restitutor, nam qualis Brunckio Demetrius Triclinius in redigendo textu, talis mihi Brunckius in Scholiis recensendis visus est.

Ex Schol. ad Plut. v. 9. *Οἱ δὲ ἀγοράσαντες ἔλεγον, ὡς πᾶν τὸ ἀνιὸν καὶ πᾶν ὅ, τι τύχοι ὠνήσαντο.*

»Deleri convenit secundum illud *καὶ πᾶν*, plane otiosum: nisi potius existimes, quum ex binis exemplaribus inter se comparatis, quorum in uno *πᾶν τὸ ἀνιόν*, in altero *πᾶν ὅ, τι τύχοι* fuerit, haec scholia describerentur, utraque librarium coniunxisse.« Hemsterh. Minus recte, opinor. Nimirum *τὸ ἀνιὸν* hoc loco pro substantivo habendum, continetque vulgaris lectio ubertatem quandam dictionis, quae curae ac sollicitudini, qua mercatores isti ius suum in tripodem demonstrare studebant, aptissima videatur. Contendebant enim, se emisse *quicquid emergeret et quicquid in manus veniret.* De significatione peculiari *τοῦ τύχοι* videsis Vigerum de idiot. l. Gr. Cap. V. Sect. XI. §. XVI.

Ad v. 21. *Ἔθος τὸν εἰς θεοὺς ἀπιόντα στεφανοῦσθαι καὶ ἀνεύθυνον εἶναι. πρὸς τὸ ἔθος οὖν ἀνακομιζόμενοι ἐκ τοῦ μαντείου ἐστεφανηφόρουν.* »Interpone *πρὸς τὸ ἔθος οὖν, ὅτι ἀνακομιζόμενοι* etc. *hoc igitur ad illum morem referendum est, quia redeuntes ab oraculo coronas gerebant.*« Hemsterh. Hoc praeter necessitatem iubet Vir acutissimus. Nihil est enim planius vulgata lectione: *more solito igitur redeuntes ab oraculo coronas gerebant.*

Ad v. 23. *Λῆρος, οὐ γὰρ παύσομαι: εἰ μὲν ἐμφανῶς τὸ λῆρος πρὸς τὸν δεσπότην εἶπεν, ἀντὶ τοῦ περιττολογία νοήσεις· εἰ δὲ καθ' ἑαυτὸν εἶπε τὸ λῆρος, ἤγουν ἡσύχως, ὥστε μὴ ἀκουσθῆναι (τὸ, οὐ γὰρ παύσομαι, πρὶν ἂν φράσῃς μοι, εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ εἶπεν) τὸ δε λῆρος καθ' ἑαυτὸ οὕτως εἴποι, λῆρος καὶ φλύαρος εἶ, ταῦτα λέγων.* »Verbis *καθ' ἑαυτὸν . . . . . ἀκουσθῆναι* in Edd. A. P. et K. omissis, sensus erat inextricabilis: quae revocavi ex Fl. et B. Aditum quidem ad intelligendum aperiunt faciliorem, neque tamen nullam relinquunt difficultatem; quam ut pro virili levarem, ista *τὸ, οὐ γὰρ*, vel potius *τὸ γὰρ, οὐ γὰρ π . . . εἶπεν* parenthesi conclusi: proxima quum ita scriberentur, *τὸ δὲ λῆρος καθ' ἑαυτό, οὕτως εἴποις*, paululum reformavi, quamquam et *δὲ* potius mutaverim in *δή*, particulam orationi, quae fuerat intermissa, repetendae dicatam. Haec fere nostri Scholiastae fuit mens: *si aperte λῆρος ad herum dixerit Carion, intelliges, frustra minitare; nihil agis; istis enim tuis dictis non absterrebor, quo minus interpellem te: sin vero apud se dixerit λῆρος, sive tacite, ut non audiatur, (nam istud οὐ γὰρ π . . . clara voce protulit, ut ab hero exaudiretur) tum, inquam, λῆρος per se significaret, nugax es et garritor, qui ista dicas.*« Hemsterh.

Vide, quam artifice Grammatici sententiam obscuraverit Hemsterhusius, quum eam illustrare opinaretur. Scilicet mala interpunctione deceptus, eam pejorem etiam fecit;

atque in eo maxime erravit, quod apodosin esse crederet *τὸ δὲ λῆρος καθ' ἑαυτό κ. τ. λ.*, quae tamen sine ulla controversia incipit cum verbis *τὸ, οὐ γὰρ παύσομαι* atque finem habet *τὸ εἶπεν.* Neque sibi ipse in interpretatione sua satisfecisse videtur, quum fateatur, coniunctionem *δὲ* non satis valere ad apodosin indicandam, ideoque potius in *δὴ* mutandam esse: ubi miror, eum pro *τὸ δὲ* non *τότε* coniecisse. Denique in eo haereo, quod dicit: »*sin vero apud se dixerit λῆρος — tum λῆρος per se significaret, nugax es* etc.« Quasi *τοῦ λῆρος per se* significatio permutari possit! Verum ut absit omnis dubitatio, totum locum ex mea sententia sic repeto: *Εἰ μὲν ἐμφανῶς τὸ λῆρος πρὸς τὸν δεσπότην εἶπεν, ἀντὶ τοῦ περιττολογία νοήσεις· εἰ δὲ καθ' ἑαυτὸν εἶπε τὸ λῆρος, ἤγουν ἡσύχως, ὥστε μὴ ἀκουσθῆναι, τὸ οὐ γὰρ παύσομαι, πρὶν ἂν φράσῃς μοι, εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ εἶπεν. τὸ δὲ λῆρος καθ' ἑαυτό οὕτω εἴποις, λῆρος καὶ φλύαρος εἶ, ταῦτα λέγων. Si aperte ad herum dixerit λῆρος, intelliges, nugaris; sin vero apud se dixerit λῆρος,* i. e. *tacite, ut non audiatur, tum verba οὐ γὰρ π. clara voce protulit, ut ab hero exaudirentur; λῆρος per se vero sic intelliges, nugax et garrulus es, qui ista dicas.*

Schol. ad v. 57. *Καὶ γὰρ ἡ πεῦσις ἄνω ἀπειλητική.* »*Ἄνω* quorsum pertineat, non capio: legendum est, nisi fallor, *ἄγαν.*« Hemsterh. At falleris egregie. Videlicet respicit Scholiasta ad versus 18 — 20, ubi simili modo Carion minatur Chremylo, se molestum ei futurum esse, nisi interroganti sibi satisfacere velit.

Schol. ad v. 63. *τὴν μαντείαν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄρνιν λέγει, ἐπειδήπερ οἱ παλαιοὶ οὐ μόνον διὰ τῶν ἄλλων, αλλὰ καὶ δι' ὀρνίθων ἐμαντεύοντο.* —

Vix mihi persuadeo Hemsterhusium non offendisse istud *ἄλλων*, certissime corruptum. Atque quid sit: *quandoquidem veteres non solum ex reliquis, sed etiam augurio vaticinabantur,* neminem satis intelligere opinor. Haud dubie restituendum *διὰ τῶν ἀλῶν*, i. e. animi perturbationibus, insania, qua quidem Pythia, ubi tripodem conscenderat, rapi solebat. Sic nobis prodit sensus elegantissimus, quum antea fere nullus esset.

Schol. ad v. 109. *Ἀτεχνῶς· ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, καθάπαξ, ὅ ἐστιν, ἑνὶ λόγῳ, ἀληθῶς. τέχνη γὰρ ὁ δόλος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· τὸ δὲ ἄνευ δόλου ἀληθές· ὁ γὰρ τόνος διαστέλλει τὸ σημαινόμενον, τήν τε τῆς τέχνης στέρησιν, καὶ τὸ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως. Ἀτεχνῶς, οἱονεὶ ἀτενῶς, μετὰ περισσοῦ τοῦ χ.*

»Haec sana non videntur. Post *ἀληθὲς* subiici debebat *ἀτέχνως, ἄνευ τέχνης, ἀμαθῶς, ἀμελῶς*, aut simile quiddam, ut commode sequeretur *ὁ γὰρ τόνος* etc. Omissa fuisse

descriptoris culpa iure suspiceris, eoque magis, quod Suidas habeat; licet, Aristophanis loco, quod solet, non posito, aliunde sua videatur quam ex his scholiis hausisse; *τὸ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως* hic alienum est, ubi praecessit *διαστέλλειν·* praeciso capite integrior erit lectio, *τὸ διάφορον τῆς λέξεως.*« Hemsterh. Lubentissimus concedo equidem Viro summo, aliqua medicina hunc locum indigere; verum ex Suida potissimum eum sanari velle, hoc minus probo. Scilicet quo saepius refugiendum est in Scholiis restituendis, eadem hic utendum transpositione verborum. Itaque audacter corrige; *Ἀτεχνῶς, οἱονεὶ ἀτενῶς μετὰ περισσοῦ τοῦ χ. Ὁ γὰρ τόνος κ. τ. λ.* Caeterum coniectura *διάφορον* mihi quoque necessaria videtur.

Ex Schol. ad Nub. 247. *Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; — πρῶτον μὲν τοὺς κατὰ Ὀφίωνα καὶ Εὐρυνόμην· δεύτερον δὲ τοὺς κατὰ Κρόνον καὶ Ῥέαν, οὕςτινας Ὅμηρος Οὐρανίωνας· τρίτον δὲ Διὶ τὴν ἀρχὴν καταλύσαντας τὴν ἐκείνων, οὓς Ὀλυμπίους κλήζομεν.*

Male profecto Kusterus corrigit *τρίτον τοὺς κατὰ Δία:* quod quomodo commendare potuerit Ernesti, equidem non intelligo. Sensus verborum manifesto hic est: *primum* quidem per Deos, qui erant, universum moderantibus Ophione et Eurynoma: *secundum* per eos, quibus praefuerunt Saturnus et Rhea, quosque *Οὐρανίωνες* appellat Homerus: *tertium* per eos, qui Jovi illorum imperium everterunt nobisque Olympii dicuntur. Fateor posse aliquem cum Kustero articulum desiderare in participio *καταλύσαντας*: verum satis constat, Scholiastas dictionis elegantiae non ita fuisse studiosos, ut istiusmodi quid ab iis alienum iudicari possit. Denique, ut etiam hoc in transitu moneam, Ernesti nullatenus haerere debuerat in voce *καταλύσαντας*, pro qua legendum esse coniecit *κατανύσαντας*. Conf. Aristoph. Plut. vv. 141 et 142.

— ὥστε τοῦ Διὸς
Τὴν δύναμιν, ἣν λυπῇ τι, καταλύσεις μόνος.

Ex Schol. ad Nub. 447. *Ἀπολλόδωρος δέ φησι, πᾶσαν δημοσίαν γραφὴν καὶ νόμους κύρβιν καλεῖσθαι· ὅτι οἱ ἀρχαῖοι λίθους ἱστάντες, τό δόξαν ἀναγράφοντες, οὓς μὲν ἀπὸ τῆς στάσεως στήλας· κύρβις δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως· ὕστερον δὲ τὰ ξύλα λελευκωμένα γράφοντες, ὁμοίως ἐκάλεσαν.*

Ernesti quum in suspicionem traheret vocabulum *ἀναβάσεως*, Praef. ad Nub. pag. 23., plane non vidisse videtur, reliqua quantopere mendis scateant apertis. Nemo sane Apollodoro soloeca ista *τὸ δόξαν ἀναγράφοντες κ. τ. λ.* imputare volet: et praeterea post *ἀναβά-*

σεως vocabulum aliquod desideratur, sine quo sensui verba neutiquam possunt accommodari. Non est enim obscurum, quid sibi voluerit Scholiasta. Itaque corrige: *ὅτι οἱ ἀρχαῖοι, λίθους ἱστάντες εἰς τὸ δόξαν ἀναγράφειν, τούτους μὲν ἀπὸ τῆς στάσεως στήλας, κύρβεις δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως ἐκάλεσαν. ὕστερον δὲ τὰ ξύλα λελευκωμένα ἀναγράφοντες, ὁμοίως ἐκάλεσαν.* Ernestii coniecturam quod attinet, quippe pro *ἀναβάσεως* legi iubentis *ἀνατάσεως*, non est quidem necessaria, habet tamen, quo sese commendet, si respexeris ad Schol. in Aves, v. 1360. *κύρβεις χαλκαῖ σανίδες, ἔνθα τοὺς νόμους γράφουσιν· κατὰ δὲ ἐνίους, ἄξονες τρίγωνοι, ἐν οἷς ἦσαν οἱ τῶν πόλεων νόμοι γεγραμμένοι καὶ αἱ δημοσίαι ἱεροποιΐαι, καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶ καὶ Ἀπολλόδωρος. κύρβεις δὲ ἤτοι παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον, ἢ ἀπὸ τῶν Κορυβάντων. ἐκείνων γὰρ εὕρημα, ὥς φησι Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας* *).

Schol. ad Nub. v. 296. *τοῦτο ὁμοῦ μὲν ὁ Σωκράτης, καὶ ὡς περιφρονῶν τὰ ἀνθρώπινα, πιστῶς λέγει, καὶ τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς ἡγούμενος ἀθλίους. ὁμοῦ δε καὶ Ἀριστοφάνης, αὐτὸς μὲν οὐ, τῶν δὲ ἄλλων κωμῳδογράφων ἀτεχνούντων· ὡς καταλιπόντων μὲν τὴν ποίησιν, τοῦ δὲ σκώπτειν ἐχομένων.* Quocunque te vertas, ex altera hujus Scholii parte vix aliquid sani extorquebis. Medicina Ernestii, dicentis sententiam requirere, *ὁμοῦ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης, αὐτοῦ μὲν οὐ, τῶν δὲ ἄλλων κ. τ. λ.* quum statim displicuisset, nos contra locum sic sanandum esse putabamus: *ὁμοῦ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸς περὶ τῶν ἄλλων.* Enimvero et ipsi fallebamur. Nunc confidenter restituo: *ὁμοῦ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης, αὔτως μὲν οὐ, τῶν δὲ ἄλλων κωμῳδογράφων ὡς καταλιπόντων μὲν τὴν ποίησιν, τοῦ δὲ σκώπτειν ἐχομένων. Simul vero etiam Aristophanes* (haec dicit), *non quidem eadem sententia, sed quod caeteri comoediarum scriptores, poësin missam facientes, unice scurrilibus vacarent.*

Schol. ad Aiac. v. 596. *συγκέκλεισται ὁ Αἴας διαχρησόμενος ἑαυτόν, ἐπειδὴ οἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ λόγον περιπαθῆ διεξιᾶσιν.* —

---

*) Conf. Summi Ruhnkenii Hist. Critica Oratorum Graecorum, pag. 88. »Nemo dubitet, quin Scholiastes scripserit: *ὥς φησιν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας.* Inter Theophrasteos hic liber recensetur a Diogene Laërtio V, 50. Emendationem vero plane confirmant Porphyrius et Photius, illa ipsa verba, quibus *κύρβεις* a Corybantibus nomen invenisse dicuntur, ex Theophrasto afferentes. Alter de Abst. Anim. II, 21. *Μαρτυρεῖται δὲ ταῦτα οὐ μόνον ὑπὸ τῶν κύρβεων, αἳ τῶν Κρήτηθεν εἰσὶ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀντίγραφά τινα πρὸς ἀλήθειαν.* Sic ille locus scribendus. Alter Lex. Ms. *κύρβεις. — Θεόφραστος δέ, ἀπὸ τῶν Κρητικῶν Κορυβάντων· τῶν γὰρ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀντίγραφα αὐτοὺς εἶναι.*«

Brunckius, ut loci difficultatem removeret, transposuit ἐπειδὴ ante συγκέκλεισται, in quo eum secutus est Lobeckius. Si mecum facis emenda: εἰςκυκλεῖται ὁ Αἴας — ἑαυτόν. ἔπειτα κ. τ. λ. — Quae statim sequuntur, πρὸς μὲν γὰρ αὐτὸν λέγειν οὐκ ἦν, εἰςελθόντα ἤδη, velim ne offendant lectorem. Sunt enim minus accurate adiecta. Scilicet Aiax inde a v. 348 usque ad v. 596. ex tentorio, adstante Tecmessa, cum hac et Choro foris versante collocutus fuerat. Conf. vv. 369, 545, 546. — Item quae ad Antig. v. 1293. habentur, ἐγκέκλεισται ἡ γυνή, sic corrige: ἐκκυκλεῖται ἡ γυνή. — Περὶ ἐκκυκλήματος satis ambigua retulit Pollux Onom. IV, 128. Καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημά ἐστι ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόῤῥητα πραχθέντα· καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν. ἐφ' οὗ δὲ εἰςάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰςκύκλημα ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο νοεῖσθαι· καθ' ἑκάστην θύραν, οἱονεὶ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. ἡ μηχανὴ δὲ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας καὶ Περσεῖς, καὶ κεῖται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος. Brunckii ad Thesmoph. v. 265. verborum ἐφ' οὗ δὲ εἰςάγ, ... ὀνομάζεται emendatione sic se habente, ὅτε δὲ εἰςάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰςκυκλεῖν ὀνομάζεται, nos quidem facile caremus. Nam si pro diverso machinae usu, quo intus in scenam, vel e scena intro vehebatur persona quaelibet, duplex erat verbum ἐκκυκλεῖν, εἰςκυκλεῖν, quidni etiam ipsius machinae duplex appellatio ἐκκύκλημα et εἰςκύκλημα fuerit?

Schol. ad Electr. 180. *Κρίσαν*· φωκικήν. Κρίσα γὰρ πόλις Φωκίδος. τὴν αὐτὴν τὴν Κρίσαν, ἀντὶ κτητικοῦ, τουτέστι τῆς Κρίσσης.

In impressis asteriscus praefixus est verbis τὴν αὐτὴν τὴν. Nec immerito. Restituo: τὴν αἰτιατικὴν Κρίσαν, ἀντὶ κτητικῆς, τουτέστι τῆς Κρίσσης.

Schol. ad Antig. 355. Εὐαίσθητός ἐστι καὶ οἰκοδομημάτων. Hermannus ad h. l., Nunc, inquit, ita existimo, ad αἴθρια καὶ δύσομβρα Scholiasten haec adscripsisse: ἄνευ ἐσθῆτος ὄντι καὶ οἰκοδομημάτων. Perperam. εὐαίσθητος quum vulgo dicatur, qui acribus sensibus gaudet, scias a vetere interprete hanc vocem usurpatam esse significatione satis inusitata τοῦ εὖ αἰσθανόμενος, i. e. probe intelligens, peritus. Igitur poëtae verba ἐδιδάξατο καὶ δυσαύλων πάγων αἴθρια καὶ δύσομβρα φεύγειν βέλη, pedestri sermone illustrantur, adscriptis εὐαίσθητός ἐστι καὶ οἰκοδομημάτων; est etiam peritus domuum, i. e. domorum aedificationis.

Antig. 1152.

αἳ πάννυχοί σε μαινόμεναι
χορεύουσι, τὸν
ταμίαν Ἴακχον.

Solent haec ab omnibus, quot equidem scio, viris doctis sic accipi, ut *σὲ* referatur ad *χορεύουσι*, neglecta Enarratoris Graeci glossa: *αἵ σε μαινόμεναι· λείπει ἡ περί, ἵν ᾖ, αἵτινες περί σε.* Minus recte, opinor. Non nego *χορεύειν* passim iungi Accusativo personae, verum exinde non sequitur, hic quoque talem structuram requiri necessario. Atque nescio an aptius sit de Bacchantibus dixisse, *μαίνονται τὸν Ἴακχον*, quam, *χορεύουσι θεόν*. Conf. Schol. ad Aiac. 143., ubi Cantabrig. mea ad verba *σὲ τὸν ἱππομανῆ* haec habet: *σὲ τὸν ἵππους μαινόμενον καὶ ἱππικόν.* Libri vulgati: *τὸν ἵπποις μαινόμενον κ. ἱ.* Similiter Horatius Epistolar. lib. I. 1, 101. *Insanire putas solennia me.*

Ex Schol. ad Oedip. Col. 57. *καί τις τῶν χρησμοποιῶν φησί·*

Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο ποτιστείχουσι Κολωνόν,
Ἔνθα λίθος τρικάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.

Hujus vaticinii corruptelam primus attigit Reisigius, Enarr. Oedip. Colon. pag. XXXVIII., ubi corrigit *ἵπποισι*: verum de hac sua emendatione frustra tuba cecinisse videtur. Haud dubie mecum sic restitues:

Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο ποτιστείχουσι Κολωνοῦ,
Ἔνθα λίθος τρικάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.

Vides enim doctissimum Thuringum in errorem adductum esse attractione verborum. sic resolvenda: *ἔνθα τοῦ Κολωνοῦ, ἔνθα.*

Ad Oedip. Col. v. 332. *εὐφήμου· — ὁ νοῦς· τὴν φωνὴν τῆς εὐφήμου φροντίδος ἱέντες, ὅ ἐστι, μετὰ φροντίδος πολλῆς εὐφήμως τὴν φωνὴν ἀφιέντες· — οἱ δὲ τὸ εὔφημον ἀντὶ τοῦ σιωπηλῆς· τὸ γὰρ εὐφημεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ σιωπᾷν τάττεται.* Sic optime Cantabrig.

Ibid. ad v. 337. *ὦ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ. — Νυμφόδωρος δὲ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν Βαρβαρικῶν γράφει οὕτως· Ἔθεσι δὲ τὰ μὲν ἐναντίοις, τὰ δὲ ὁμοίως χρῶνται τοῖς Ἕλλησι· τὸ μὲν γὰρ ἐξίστασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους ὁμοτρόπως καὶ ἡμῖν διοικοῦσι· τῶν δὲ ἄλλων οὐδέν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς Ἕλλησιν οἱ μὲν ἄνδρες (τὰ*

Cantabr.) κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἔνδον μένουσαι ταλασιουργοῦσιν· ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ περιπατοῦσι καὶ καπηλεύουσι, οἱ δὲ ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνουσι. ὁ γὰρ Σέσωστρις ἐκθηλῦναι τοὺς ἄνδρας βουλόμενος, —, τὰ μὲν ἐκείνων ἔργα ταῖς γυναιξί, τὰ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκείνοις προςέταξεν, —· ὅθεν τὰς (Vulg. τοὺς) μὲν ψιλὰς εἶναι, τοὺς (Vulg. τὰς) δὲ ἀνιέναι τὰς τρίχας προςέταξε· καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν φέρειν τὰ φορτία, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων ἠνάγκασε. ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν καθημένους, τὰς δὲ ὀρθὰς ἑστώσας οὐρεῖν· καὶ τοῖς (Vulg. ταῖς. Cod. Victor. apud Doederlinium τοὺς) μὲν δύο ἱμάτια περιέβαλε, ταῖς (Vulg. τοῖς. Cod. Victor. τὰς) δὲ ἕν, ὑπολαμβάνων ἅμα τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τὰς ψύχας αὐτῶν ἐκθηλύνεσθαι· ὃ καὶ Λυδοῖς ὕστερον συμπεσεῖν φασιν.

Sic, re ipsa id postulante, locum emendavimus.

